



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 10. Jannonius ubique profugus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Romanam Curiam, peregrinationes Sæc. XVIII.
 sacras, sanctorum cultum, Episcoporum A. C. 1734.
 ordinationes &c. calamum acue-
 bat, scripserat etiam tractatum de pro-
 hibitione librorum, de remediis con-
 tra excommunicationes invalidas, de
 concubinato, & alia nonnulla, quæ
 tamen adhuc inedita apud ipsum repe-
 riebantur; ne vero ob anathematis
 fulmen sese exosum Viennensibus red-
 deret, simulata pœnitentia ac palino-
 dia Pignatellum Neapolitanum Archi-
 episcopum eo permovit, ut hic eum a
 censura liberaret, & absolutionis lite-
 ras testes ad illum Viennam mitteret.

§. X.

Jannonius ubique profugus.

Hucusque cuncta ad Jannonii volunta-
 tem prosperè fluebant, postquam
 vero hoc anno Imperator infausto Marte
 pugnans, Neapolis Regnum Carolo III.
 Bourbonio cedere cogebatur, omnia
 quoque salaria, quæ ex Urbis reddi-
 tibus assignata pendebantur, fuere ex-
 tinctæ. Sinister hic eventus neminem
 gravius afflixit, quam Jannonium;
 suppetiis enim, quibus præcipue su-
 stentabatur, spoliatus, ac sensim ab
 Amicis derelictus, quo se verteret ne-
 sciebat, insuper alius ex alio casus pri-
 stinam

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

stinam rerum suarum tranquillam
 tantopere perturbabat, ut ob His
 Inquisitionis metum Neapoli
 subsistere veritus, Venetias fecer
 Ast nec hic ab infestæ fortunæ
 tutus erat, partim quod multam
 exterorum Principum Legatis fan
 ritatem foveret, partim quod libe
 tem Venetam & jus Reipublicæ in
 Adriaticum suo calamo impugna
 maxime vero, quia Romana inde
 tio sese contra illum etiam ad
 publicam protenderet, unde acci
 ut hi, qui sanctæ Sedis auctoritate
 jura sese quam maxime revereri
 fitentur, apud Senatum, sibi que
 dictos tantum efficerent, ut Janne
 Venetiis expelleretur. Inde Med
 num fugere statuit, ac tandem
 semel præsentaneum suæ libertatis
 riculum eluctatus, eo advenit,
 tamen sine metu spirare posset,
 opportune autem post aliquot
 moram Genevensis cujusdam
 polæ epistolam recipit, qua Gene
 quantoprimo contendere rogatur
 ut ipse in nova Historiæ suæ editio
 præsens curam ponere, illam esse
 dare atque augere posset. Hoc N
 lætus, cum non modo inclinatis
 rebus, sed & vel maxime securitate
 suæ sat prospectum crederet,

mora Mense Novembri Genevam petit, ^{Sæc. XVIII.}
 ubi etiam anno hujus sæculi trigesimo ^{A. C. 1734.}
 quinto Urbem ingressus, res suas in
 tuto collocatas existimabat: Attamen
 qui insidias & odia hostium effugisse
 gaudebat. simulatæ amicitiae laqueos
 declinare haud poterat; cum enim Pa-
 schales feriæ anni sequentis otium a
 literis offerrent, facile concessit huma-
 nissimis precibus cujusdam simulati a-
 mici, qui eum invitabat, ut cum ipso
 per aliquot dies rusticani recessus a-
 mœnitate in sua Villa frueretur: Igno-
 rabat tamen Jannonius, hunc locum
 Sabaudiae Ducis imperio esse obno-
 xium, nilque mali suspicatus, sine cura
 in Amici hospitio versatus est, prima
 etiam nocte tranquillus quievit, sed
 soporem mox interceptit cohors militum,
 qui semisopitum primum Sabam, ar-
 cem natura & arte munitam, ac de-
 mum Taurinum abduxere: mox omnia
 ejus scripta, quæ penes se habebat,
 Romam Sabaudiae Ducis jussu trans-
 missa fuere: ipse vero ad carceres ad
 Portam Padanam sitos abductus deti-
 nebatur.

§. XI.

*Spontanea errorum abjuratio a Jan-
 nonio Taurini facta.*

Hæse-